



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1843

CCXXXIX. Die Markgrafen Otto und Konrad von Brandenburg schenken
dem Kloster St. Agnes zu Magdeburg Hebungen aus der Mühle zu
Jersleben, am 14. April 1286.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

CCXXXVIII. Pribeko von Belgarten beurfundet, daß die Markgrafen von Brandenburg, Otto und Konrad, ihn in ihren Hof-Dienst aufgenommen haben und sagt ihnen Treue zu, am 29. October 1285.

Nos Pribeko, dei gratia dictus (dominus?) de belgarten, recognoscimus coram vniuersis presentibus publice protestantes, Quod cum illustribus principibus dominis Ottone ac C. marchionibus brandenburgensibus placitauius sub hac forma, Quod iidem nos in suam receperunt familiam et ad suum seruitium. Nos quoque fideliter ac stabiliter in ipsorum manebimus seruitio, et e conuerso ipsi nos promouere tenentur in omnibus nostris agendis negotiis et rationabiliter pertractabunt. Istam igitur obligationem presentibus inferi iussimus et sigilli nostri appensione in euidentis testimonium decreuimus communiri. Actum et datum in castris ante castrum Gummere, anno domini M^o. CC^o. LXXXV. secunda feria post festum Symonis et Jude apostolorum.

Nach dem Copialbuche des K. Geh. Kab. Archives C. 4. in quarto Bl. 57. Gercken's Cod. I., 250.

CCXXXIX. Die Markgrafen Otto und Konrad von Brandenburg schenken dem Kloster St. Agnes zu Magdeburg Hebungen aus der Mühle zu Jersleben, am 14. April 1286.

In nomini domini, Amen. Otto et Conradus, dei gratia marchiones Brandenburgenses, uniuersis has litteras intuentibus salutem in domino sempiternam. Ne ea, quae geruntur in tempore, simul labantur cum fluxu temporis, expedit, ut linguis testimoniis et scriptis auctenticis roborentur. Ad notitiam igitur uniuersis Christi fidelibus deducimus per praesentes, quod reverendis dominabus, sanctimonialibus apud S. Agnetem in Magdeburg et cenobio earundem, ob gloriam et laudem Jesu Christi ac suae matris, virginis gloriosae, proprietatem dimidii chori, siti in molendino Jersleue, donauimus, quem a nobis dominus Ludolfus de Gribene, bonae memoriae, quondam in feudo tenuit, et quem nobis sui heredes, patre mortuo, liberè resignarunt, quiete ac pacifice perpetuis temporibus possidendam; ita quod nichil juris nichil prorsus proprietatis tam in feudo quam in proprietate ejusdem nobis aut heredibus nostris poterimus ullis temporibus vendicare. Ut igitur haec nostra donatio pure propter deum non possit futuris temporibus a nostris successoribus ullatenus irritari, presentes litteras conscribi fecimus, ac sigillorum nostrorum appensionibus communiri. Actum Magdeburg, anno domini M. CC. LXXXVI., et dat. per manum domini Alwardi, curiae nostrae notarii, in festo Paschae.

Nach Beyer, in L. v. Ledebur's, Allg. Archiv XVII., S. 175.